ORDINATIO IVDICIORVM REGIORVM

Quoniam in hoc subsellio Judicia Dei exercemus in quibus personam et dignitatem Serenissimi Regis nostri repræsentamus, ideo Illustrissimus et Reuerendissimus Dominus Dominus Matthias Pstrokonsky Dei gratia Episcopus Præmislien et Regni Poloniæ Vice Cancellarius sub fælicibus auspicijs iurisditionis suæ, volens omnia inconuenientia, quibus antea iudicia Regia perturbabantur, amouere, et authoritatem iudicij Regij conseruare atq exornare; omnibus litigantibus causidicis, Procuratoribus, alijsq personis ex quacunq occone Iudicio Regio assistentibus infra sequentes articulos proponit, edicit, iubet, et ordinat, volens eos ab omnibus obseruari sub pœna arbitrio Judicij Regij irremissibiliter irroganda. Primum quidem vt omnes ad Judicia in causis tam suis quam alienis accedentes honeste sese gerant, à scommatibus et verbis iniuriosis tam contra aduersarium quam c quod absit contra personas Judicij prorsus abstineant; clamoresque et insolentias non excitent, ebrij non veniant, alioquin insolentius sese gerens, vel ebrius accedens statim tacto termino citabitur, et pro clamore excitato tribus marcis pauperibus ad hospitale applicandis, pro alijs vero excessibus ex arbitrio Iudicij Regij punietur. Quoniam autem in propone et defensione causæ plurimum bona fides requiritur admonentur Procuratores, vt causas quibus patrocinantur, diligentissime legant, in eisque defendendis ita procedant, vt extra controuersiam c si ea in priori instantia agitata est nihil dicant, et omnia quæ asserunt ipsis actis probare et iustificare c si opus fuerit sint parati. Leges si quas eos allegare contigerit c curare autem debent vt sine lege loqui pudeat id fideliter et diligenter faciant easque quas allegauerint illico legant, ad quod libros quibus illæ continentur præsto habeant, causas studio non ducant, illis quorum patrocinium suscipiunt graues non sint, litem ex lite non serant, sed quod æquum fuerit par suadeant, causas iniustas non foueant, non suscipiant, neq defendant ipsimet iniquum iudicauerint, atq ita versentur in foro, vt potius laudem virtutis mereantur, quam pœnas legales incurrant, vt homines varietate et pluritate causarum non onerentur, neq perturbentur. Seruabuntur dies certi quibus certæ actiones insinuabuntur vt pote Feria secunda et quarta Causæ Iuris Maydeburgen et culmen

302

Feria Tertia Causæ ciuitatum Crac. Casimirien. et Clepardien. (cum Sacra Maiestas Regia Crac. subsistet) Feria quinta et sex causæ Prutenicæ et Liuonicæ. Sabbatho Fisci et Spirituales. Si vero Sacra Regia Maiestas alibi quam Cracouiæ fuerit, loco Causarum Crac. proponetur Maydeburgen. Cracouiæ quoque si aliæ Causæ limitabuntur Cracouien. dies limitati tribuetur, Causæ personarum miserabilium quotidie insinuabuntur. Iis diebus Causæ ex Cathalogo Iudiciario proponentur, ne quisquam præsumat Domino Vicecancellario, Domino Referendario aliisque personis Iudicij molestus esse, vt extra regestrum acclamaretur. Nemini enim hoc concedetur, neque ea in re personarum respectus habebitur. Causæ tamen Arestorum semper in principio sessionis iudicabuntur. Hora Iudicij pro temporis oppertunitate sub finem pro futura sessione semper intinuabitur.

In causis ad rellationes Sacræ Regiæ Mtis spectantibus, procuratores status causarum fideliter et diligenter Dominis Referendarijs exhibeant, neque in eis quidquam addant augeantue, quod in prioribus instantijs dictum non fuerit. alioquin si quis res nouas, et in Iudicium non deductas in statum causæ referre ausus fuerit, et postea a par aduersa vel ab ipsis Dominis Referendarijs, in eo conuictus fuerit, vel iussus verba sua iustificare actu ipso controuersiæ non poterit, seuere punietur, et ex tertio excessu ab aula Regia excludetur, munusque Procuratoris amittet, Apellare a Sententia Dominorum Assessorum si quem contigerit in ea primum id curare debet, ne Procuratores in protractionem causæ friuole prouocent, alioquin vbi temere quis appellare præsumetur, non euadent iuramenta calumniæ iuxta præscriptum iuris Maydeburgen. Appellando vero verbis honestis et modestis vtantur, commentationes et disquisitiones sententiæ latæ deuitent, et causas apellonis suæ breuiter exponant.

Decreta in Iudicio Regio prolata in cancellaria per No:

tarium diligenter et fideliter concipiantur. in ijs extradendis et communicandis Notarius sic procedet. Primum quod attinet decreta in Contumatiam prolata, vel simplices approbatorias sententias in se continentia, ea notarius absq; vlla hæsitatione extradet, in quibus terminus ordinarius exequutionis præfigatur in ea ciuitate in qua Magtas Regia præsens est, duarum, in alijs omnibus sex septimanarum, vel dum pars partem adcitauerit. quod arbitrio suo iux causæ necessitatem Notarius faciet. Quod si terminum alium quam duarum vel sex septimanar vel dum pars pnr adcitauerit, præfigi quispiam petierit, id porrò fiat consensu par vtriusq;. Alia decreta quæ vel ex controuersa par, ex cruda cittone proferuntur, vel quæ aliquam insignem meliorationem, vel nouum aliquid continent, concipiat, notarius, posteaquam requisitus fuerit, Conceptum maneat dies tres in manuali non extraditum, intra quos quidem tres dies licent vtriq; par illud legere, quod si in eo nulla contradictio exorta fuerit, extradatur. Si verò quispiam contradixerit suam contradictionem primum ad Notarium referat, vel scripto in Cancellaria relinquat, eam Notarius de scitu par complanabit Hoc si facere propter rei magnitudinem vel par temeritate non poterit, Ad Dominos Referendarios copiam decreti remittet. Illi pro suo arbitrio et memoria intellectis partium affectationibus corrigant, subscribant, et correctam copiam Notario remittant. In maioris momenti causis si opus fuerit, res ad Dominum Vicecancellarium, vel etiam ad ipm Sacram Regiam mtem deferatur. Quoniam autem plerisq; copias ex Cancellaria receptas mutare et pro libitu suo descriptas, Dominis Referendarijs obtrudere non verentur, Hoc ne in posterum fiat Seuerè Illustrissimus et Reuerendissimus Dominus Vicecancellarius sub pœna arbitraria interdicit. copiæ verò decretorum, quibus contradicitur, non

nisi ab amanuensi quem notarius designauerit, subscriptae par alterut-
ri tradantur, ea lege vt is eam ipsam et non aliam a Domino Re-
ferendario correctam in cancellariam referat.

Decreta à die prolationis intra sex septimanas petantur a-
lioquin non scribantur.

In Cancellaria munimenta quae par pro concipien decretis red-
dunt, seponantur, in ijs quaerendis et recipiendis nemo audeat
munimenta aliena surripere sub graui animaduersione. Ibidem
in Cancellaria rixae et contentiones non fiant, alioquin laedens
termino tacto citetur. de quo Judicium fiet. Vt iuris est.

Haec omnia vt firmius obseruentur praesentem ordinem
Illustrissimus et Reuerendmus Dominus vicecancellarius de
scitu et voluntate Sacrae Regiae Magestatis, in Acta cancella-
riae referri iussit, cuius rescriptum in Cancellaria semper in
aprico affixum esto. Vt omnes sciant quomodo sese gerere
debeant, et ignorantiam nemo praetendat.

DONATIO IVRIS CADVCI

Sigismundus 2o Teamus 2i

Quia nos rationem condignam habentes seruitiorum Nob: N.
N. quae ille nobis per annos quatuordecem in Cancellaria nostra
Summa fide et promptitudine praestitit, eidem flor. polo Ducentos ex
bonis morte olim Petri filij Valentini chirurgi Ciuis Praemislien, tu
et pudicae olim Bartholomei mensatoris itidem Ciuis Praemislien fi-
liae relictis mobilibus et immobilibus ad nos post sterilem eorundem
puerorum decessum iure vt vocant caduco deuolutis donari esse
duximus, prout iam exnunc iure perpetuae donationis damus et do-
namus, dantes eidem Stephano Wargowsky plenam potestatem
et facultatem eosdem florenos Ducentos ex bonis praefatorum
Petri Valentini chirurgi filij et Bartholomei Mensatoris filiae
vbicunque ea reperta fuerint repetendi tollendi et in vsus su-
os conuertendi

DONATVS

Sigismundus 2o Teamus